tur, n. 5 in princip. l. 2 tit. 2 part. 7.—licèt non nobilis, si illud sit pater, filius erit nobilis, sive ipse in matrimonio nascatur, vel non, si ambo erant liberi, et soluti, n. 4 l. 1 tit. 11 part. 7. — quæ in tertiam partem bonorum filii instituti successit ex compendiosa substitutione, an illud habebit, ut succedens ab intestato, cum onere fideicommissi restituendi alia bona substituto vel qualiter, ibid. n. 9 l. 12 tit. 5 part. 6.—an excludatur etiam à legitima per substitutum datum filio suo impuberi in substitutione compendiosa, si à milite fiat, et ipse post pubertatem decesserit, et an talis substitutio valeat ut directa militaris, ibi in n. 10 dict. l. 12. — ad hoc, scilicet, ut habeat legitimam in bonis filii, cui fuit compendiosè substitutum, requiritur quòd filius hæreditatem adeat, ibidem in fin. — an debeat habere prælegata et donationes, quas pater filio suo fecit, illum compendiosè substituendo, an verò talia pertineant ad substitutum sibi datum, ibi in n. 12. — an possit deducere Trebellianicam, quando restituit hæreditatem substituto ex compendiosa substitutione, ibidem. — an ultra legitimam suam possit Trebellianicam deducere, licèt filius fuerit sub conditione gravatus, ibidem in n. 23. —potest filio nondùm nato præjudicare, saltim in possessorio, num. 10 l. 17 tit. 6 part. 6. — si in suo testamento, filium, vel filiam injustè exhæredaverit, potest querelari, et dici nullum, n. 2 l. 1 t. 7 p. 6, et n. 8 l. 1 t. 8 p. 6.—luxuriosè vivens, an possit filiam ita viventem exhæredare, et quid si ipsa vel ejus filia se correxerint, n. 7 l. 5 tit. 7 part. 6. — an et quando, et pro qua parte filio, vel descendenti suo succedat, si sine testamento decesserit non relictis filiis ; et quid si defunctus fratres habeat ; et quid hodie, jure regni, gloss. l. 4 per text. ibi, tit. 13 part. 6. — Et an excludat fratrem defuncti decedentis sine testamento, num. 3 l. 4 per text. ibi, tit. 13 part. 6. — Mater in succedendo filio, an excludat avum, etiam paternum, ibid. in n. 4.—inops an excludatur per filios, uti in bonis patris et mariti sui quartam partem non habet, n. 9 l. 7 tit. 13 p. 6. — semper est certa, et quam partem filii in bonis maternis habere debeant, sive sint legitimi, sive non, n. 1, 2 et 3 l. 21 per text. ibi, tit. 13 part. 6.—quàm partem in bonis filii sui naturalis habere debeat, n. 3 dict. l. 11. — vel avia possunt testamentum sui filii naturalis querelare, et quam legitimam in bonis filii habere debeant, dict. n. 3 dict. l. 11 tit. 13 part. 6.—Et an filius natus ex adulterio succedat matri suæ, n. 5 quæst. 1 et 2 l. 11 tit. 13 part. 6. — Et quid in aliis descendentibus ab ipso, qui ex damnato coitu natus fuit, dict. n. 5 in quæst. 4.— Mater non succedit filio nato ex damnato coitu, n. 5 et 6 l. 11, et n. 1 ad fin. l. 12 tit. 13 part. 6.—Et an filius naturalis succedat matri in majoria materna, n. 9 l. 12 tit. 13 part. 6.—Et an contra testamentum matris detur hodie bonorum possesio contra tabulas, vel Carboniana, vel unde liberi, n. 16 l. 2 tit. 14 part. 6.—Et an hodie præteritio matris habeatur pro exhæredatione, dict. n. 16 dict. l. 2. — Mater alicujus minoris, an et quando possit esse tutrix ipsius ; et quid tunc facere teneatur, et ex quibus tutelam amittat, et quare : alia in hoc vide per n. 6 et 7 cum seq. l. 4 et 5 per text. illum ibi, tit. 16 part. 6.—an præferatur in datione tutelæ patri naturali tantùm, et etiam avo paterno, vel materno, dict. n. 7.—Et quid si minor sit vigintiquinque annis, vel luxoriosè vixit, ibid. et n. 5 l. 5 ibidem. — Mater si postquam fuit data tutrix à patre in testamento, si postea cassavit illam particulam testamenti, an postea ipsa admittatur ad tutelam filii, tanquam legitima, n. 4 dict. l. 4 tit. 16 part. 6.—cùm vult tutelam filii suscipere, quid promittere, et facere debeat, n. 10, 11, 12 et 13 dict. l. 4. — etiamsi sit tutrix testamentaria, tenetur renuntiare secundis nuptiis, et Vellejano, dict. n. 11 dic. l. 4, et n. 2 l. 5 ibid. in dict. tit. 16 part. 6. — Et an teneatur renuntiare omni legum auxilio, et quid plus, ibid. in num. 12 et 13 per text. ibi. — Mater debet cæteris præferri in cura furiosi filii, vel mente capti, n. 13 in princip. dict. l. 4. — an in tutela vel cura filii cæteris præferatur, etiam quando in bonis filii aliquo casu succedere non possit, dict. n. 13. — an possit esse tutrix filii sui, quando pater ejus fuit exbannitus, dict. n. 13 in fin.—an plus, vel minus filios diligat, quàm maritum, ibid. in n. 14 — matrimonium contrahendo tutelam amittit, et quid si sponsalia tantum contraxit, gloss. dict. l. 4, et n. 1 cum aliis ibi, l. 5 ibidem.—quæ propter secundas nuptias fuit à tutela exclusa, an si viduetur, illam reassumere possit, n. 2 dict. l. 5 t. 16 p. 6. —Et an exclusa matre à tutela propter secundas nuptias locus sit tutori dativo, vel legitimo, n. 3 dict. l. 5. —Et an judex debeat minori tutorem dare, quem mater elegerit, cùm vult ad secundas nuptias transire, dict. n. 3 ad fin. — Mater si filio suo tutorem dederit, an et quando tunc judicis confirmatio requiratur, et an tunc requiratur satisdatio ipsius, n. 2 et 3 l. 6 tit. 16 part. 6. — Et an tutor confirmatus præferatur legitimo, vel admittat tutorem legitimum secum, n. 4 dict. l. 6. — Mater cùm est tutrix filii sui testamentaria vel legitima, an satisdare teneatur, n. 8 l. 9 tit. 16 part. 6. — qualiter puniatur, si non petat tutorem filio suo, et intra quantum tempus petere teneatur, n. 4 in princ. l. 12 tit. 16 part. 6. — Et an mater possit tutorem istum petere per procuratorem, et an suis sumptibus, dict. n. 4.—Et an mater teneatur tutorem petere, sive adsit tutor testamentarius, vel legitimus, sive non, ibidem. — Mater quando excusetur, licèt tutorem filii non petierit, n. 5 dict. l. 12.—si transivit ad secundas nuptias non petito prius filiis tutore, qualiter puniatur, n. 5 in fin. dict. l. 12 tit. 16 part. 6.—Et an sicuti ipsa perdit successionem filii, perdat etiam ipsius tutelam, ibid. in fin.— Mater tenetur dotare, et alimentare filiam inopem, si pater illud facere non possit, n. 3 l. 18 tit. 16 part. 6. —an alimentari, et dotari debeat per ejus filium, n. 3 dict. l. 18 tit. 16 part. 6.—Et an matri educatio filiorum committenda sit, et quando non, n. 4, 5 et 6 l. 19 per text. ibi, tit. 16 part. 6.

Matricula, et qui in ea non reperiuntur censetur privati, quæ inducit, præsumptionem, et incorporationem, et investituram, n. 6 l. 13 tit. 6 part. 3.

Matrimonium

Dirimitur, vel dissolvitur vel separatur, vel redintegratur, vel non tenet.
Per, vel inter quas personas.
De præsenti, vel de futuro, et per quæ verba.
In qua ætate.
Præsumitur.
Filii, vel filiæ.
Patris, vel matris.
Metu contractum.

impeditur.
Irritatur, vel annullatur, vel reconvalescit, vel Clandestinè, vel manifestum.
Sub conditione contractum.
Consummatum per carnis copulam, vel aliter.
Primum, vel secundum.
Accusatur.
Subsequens.

Matrimonium eodem modo dicitur de jure naturali, quo natura ad illud inclinat, num. 2 l. 2 tit. 1 part. 1.— et aliqua de eo, dict. n. 2.—Indorum per eos in sua ruditate contractum, et ignorantia, eo quòd sylvestres erant, an dicatur matrimonium, et an valeat, dict. n. 2. — est infirmitatis humanæ remedium, n. 8 l. 1 tit. 4 part. 1.—à solis Sacerdotibus debet administrari, n. 1 l. 8 tit. 4 part. 1.—est sacramentum, et in eum gratia confertur, et rectè pro eo consequendo datur pecunia, n. 4 l. 1 tit. 17 part. 1.—et ad matrimonium quis compelli non debet, et quare, n. 7 l. 1 tit. 20 part. 2.— etiam cum sexagenaria benè tenet, n. 1 l. 2 tit. 20 p. 2. —et an per ipsum imprimatur character, n. 9 in prologo 4 part. — videtur humano generi inmortalitatem præstare, n. 12 in dict. prologo. — et sponsalia differunt, neque statutum de uno loquens ad aliud extendi poterit, n. 1 in procem. tit. 1 part. 4.—contrahi potest, etiamsi sponsalia non præcedant, n. 2 l. 1 tit. 1 part. 4. —potest celebrari inter absentes, mutua tamen promissione interveniente, ibi n. 3 per text. ibi.—propriè ditur sponsalia quæ fiunt per verba de præsenti, et quare sponsalia nominentur, n. 10 l. 2 tit. 1 part. 4.— non dicitur illud, quod fiet per verba de præsenti, si fuit ibi conditio appossita, et non impleta, n. 2 cum sequent. l. 3 tit 1 part. 4. — dicitur illud, ubi præcedentibus sponsalibus de futuro fuit carnis copula subsequuta ; et an admittatur probatio in contrarium, et quid in foro conscientiæ, si ille dicat non cognovisse illam affectu uxorio, sive tamquam ipsius sponsam, n. 8 dict. l. 3 t. 1 p. 4.—Si secreta confessione dicat, se dubitare quod affectu illam cognoverit, quid tunc sit dicendum, dict. n. 8.—Matrimonium an dicatur per carnalem copulam, quando sponsus, sponsa præsente et consentiente, protestatur se nolle per coitum matrimonio consentire, dict. n. 8 quæst. 3.—Et an nisus ad copulam inter impuberes, quando sponsalia juris interpretatione sunt de futuro, faciant transire in matrimonium de præsenti, ibi n. 9.—Matrimonium contractum stante impedimento publicæ honestatis, an teneat, num. 7 l. 4 tit. 1 part. 4. — carnali copula consummatum differt ab alio per verba de præsenti contracto tantùm, n. 8 l. 4 tit. 1 part. 4. — si noluerit contrahere sponsus, quis ad hoc illum compellet, et quam excusationem dare possit, n. 1 et 2 l. 7 tit. 1 part. 4. — contrahere cum sponsa non tenetur sponsus in multis casibus, neque si ab alio violenter cognita fuerit, n. 12 l. 8 ibidem.— Et quid si major cum impubere contraxit, et adveniente ætate legitima minor consentiat, major verò non, an ad contrahendum compellatur ; et an sit distinguendum si sponsalia de præsenti contraxisset, anteaquam alter ad pubertatem accessisset, vel post, num. 14 et 15 dict. l. 8 tit. 1 part. 4. — Matrimonium non contrahens, quia ad hoc habet justam causam, an peccet mortaliter, si discedat non expectato ecclesiæ judicio, ibid. in n. 16.— Et an in matrimonio contrahendo requiratur quod consensus præstetur simul et eodem tempore, an verò sufficiat illo durare usque dum alterius consensus accedat, n. 1 l. 10 tit. 1 part. 4. — Matrimonium valet, licèt mulier vetula sit, neque parare possit, n. 4 l. 3 tit. 2 p. 4. —si fiat præcedente protestatione illius, qui nolit assentire, an valeat, n. 2 et 3 l. 5 tit. 2 part. 4. — an teneat saltim in foro pœnitentiali, si quis dicat non habuisse voluntatem, neque consensum contrahendi, licet per verba contraxit, dict. n. 3.—Et an Papa possit dispensare in tali matrimonio, vide remissivè dict. n. 3 in fin. verbis. — Matrimonium an videatur contractum, si quis dicat, *tenebo te in uxorem usque dum terra cooperiat oculos meos*, vel simile, ibi n. 4. — an teneat, si verba ibidem non intervenerunt, et an semper verba requirantur, n. 7 l. 5 tit. 2 part. 4.—si contrahatur à ligato, seu impossibilitato ad coitum, an debeat separari, n. 3 l. 16 tit. 2 part. 4.—Et quid si sumus in dubio, an tale impedimentum præcesserit matrimonium, an postea subsequutum fuit, ibid. in n. 3 l. 5 tit. 8 p. 4.— Matrimonium contractum contra prohibitionem ecclesiæ valet, si causa prohibitionis non erat perpetua, sed temporalis, n. 2 l. 18 tit. 2 part. 4. — Et eodem modo tenebit matrimonium contractum contra Papæ prohibitionem, quando scilicet, causa perpetua non erat, ut dictum est, ibidem. — Secùs verò si Papa prohibuisset matrimonium contrahi, decernens illud aliàs fore irritum, et inane, ibidem. — Matrimonium an liceat consummare per copulam in diebus in quibus nuptiæ fieri prohibentur ; et quid si sponsa ante hos dies est benedicta, an ei liceat exigere debitum secundo post primam consummationem, n. 7 l. 18 tit. 2 part. 4. —inter adulteros contractum, si unus, vel ambo sint in mariti mortem machinati, an teneat, et an ibi simul adulterium esse debeat, n. 3 l. 19 t. 2 p. 4 et ibid. in n. 4.— Et quid si aliquis perpetuo ignoraverit impedimentum, ibid. in n. 5. — Matrimonium non retrotrahitur, sicut cæteri contractus, n. 2 in fin. l. 2 t. 4 p. 4. —an possit per Principem impediri, ne contrahatur inter servos, magnates, vel alios, ex causa, n. 5 l. 1 tit. 5 part. 4.— Et an maritus etiam ad ecclesiæ mandatum debitum reddere debeat uxori, si illi super servitute ab illo, vel à domino ipsius servæ, sit mota quæstio, et quid si super hoc excommunicetur, n. 4 l. 4 tit. 5 part. 4.—Matrimonium inter ascendentes et descendentes numquam contrahi poterit, n. 1 per text. ibi, l. 4 tit 6 part. 4.— esse potest cum duabus commatribus, vel cum duobus compatribus, et quando, n. 1 per text. ibi, l. 4 tit. 7 part. 4.—adoptione durante contractum non valet, et istud impedimentum est de jure civili, approbatum tamen à jure caupnico, n. 2 l. 7 tit. 7 part. 4.—contrahi non potest inter ascendentes adoptantis, et descendentes adoptati, n. 7 l. 7 t. 7 part. 4.—contractum à scien-

te suum impedimentum, an teneat, et an primam uxorem alere teneatur, n. 2 l. 1 tit. 9 p. 4.—vel sponsalia an fieri impediantur per dictum unius testis, etiamsi non sit consanguineus, et an judex debeat qualitates testis inspicere, et quales, n. 1 l. 18 tit. 9 p. 4.—Et quid si sposalia essent jurata, an ad unius dictum dissolvi debeant, ibi n. 3.—Matrimonium an possit contrahi per conjugem qui remanendo in sæculo castitatem promisit alio mortuo, n. 10 l. 2 tit. 10 p. 4.—verum an sit inter infideles, et an sit de jure divino, vel gentium, et an habeant filios in potestate, n. 1 l. 4 t. 10 part. 4.—christianorum qua de causa sit indissolubile, n. 2 l. 4 tit. 10 part. 4.—si in uno loco contrahatur, et postea conjuges alibi se transtulerint, an locus contractus, vel domicilii mariti debeat attendi, num. 1 l. 24 tit. 11 p. 4.—si contrahatur à muliere ante annum luctus, an propter hoc pœnan aliquam substinebit, et quando, n. 3 l. 3 tit. 12 part. 4, et ibi num. 4.—si contrahatur in mortis articulo, an filii ante nati legitimentur, et quando, n. 9 l. 1 tit. 13 part. 4.—in facie ecclesiæ contractum si postea aliquod impedimentum appareat, per quod fieri non permittetur à principio, an filii inde nati pro legitimis habeantur, et in majoria succedant, ibidem.—ab aliquo cum ipsius consanguinea contractum, quam prægnantem reddidit, et pro dispensatione missit, et interim morte præventus majoriam in posthumum ex ista consanguinea fecit, exclusa filia alterius uxoris an adveniente dispensatione ante ipsius nativitatem, ipse postea natus majoriam habere possit, dict. n. 9.—licèt trahatur retrò quoad filiorum legitimationem, non tamen quoad alia, ibid.—si non potest contrahi inter patrem alicujus et ejus concubinam, quia illi, qui sublato et non legitimato filio succedere intendebant, impedierunt et ad hoc dolum commiserunt, an tunc Princeps istum etiam quoad succedendum in majoria legitimare possit, dict. n. 9.—si contrahatur cum serva, ipsa efficitur libera, et filii sunt legitimi, etiamsi dotalia instrumenta non interveniant, ibidem in n. 10.—contractum inter personam illustrem, et concubinam vilem seu infamem, an teneat, et an filii ex tali concubina sine nuptiis habiti naturales filii dicantur hodie per legem Tauri, n. 4 l. 3 tit. 14 part. 4.—si contrahatur cum concubina, an filii concepti in ea ante mortem uxoris, qui nati fuerunt uxore mortua, legitimentur per contractum matrimonii, postea cum concubina factum, num. 4 l. 2 tit. 15 p. 4.—si contrahatur inter aliquos, quorum unus liber erat, alius verò uxoratus, qui liber etiam alium liberum esse credidit, non uxoratum, an per illud filii ante matrimonium habiti legitimentur, et an talis ignorantia aliquid eis prosit, n. 5 dict. l. 2.—liberat filium à patris potestate, et an tunc pater possit sibi retinere medietatem ususfructus ex bonis adventitiis filii, sicuti ei licet quando filium emancipat, n. 6 l. 18 tit. 18 part. 4.—si publicè à monacho professo contrahatur, an de isto crimine cognoscant inquisitores, et quare, n. 2 l. 3 tit. 21 p. 4.—si aliquis contrahat in aliquo loco, an per hoc solummodo ipsi naturalitatem illius loci consequantur, n. 8 per text. ibi, leg. 2 tit. 24 part. 4.—potest contrahi per interpretem, n. 8 l. 1 tit. 11 part. 5.—Et quid si pro contrahendo matrimonio fuit promissa pœna, sive per extraneum, sive per conjunctos, vel amicum, an si postea matrimonium non contrahatur, promittens pœnam illam solvere teneatur, n. 2 et 3 leg. 39 per text. ibi, tit. 11 part. 5.—si scienter contrahatur inter impeditos contrahere ex aliqua causa, an tunc dos, arra, vel donatio propter nuptias sit fisci, et quando non, gloss. l. 51 per text. ibi, tit. 14 part. 5.—Et quid si matrimonium non sit carnali copula consummatum, ibidem in n. 1.—Et an tunc mulieri petenti dotem possit vir excipere de jure fisci, ibi in n. 3.—Et quid si erraverint errore juris vel facti, an evitent pœnam n. 5 dict. l. 51 tit. 14 part. 5.—Matrimonium si contrahatur inter raptum et raptam, an ipsa ex testamento raptoris aliquid habere possit, n. 12 l. 4 tit. 3 part. 6.—Et si lex civilis contrahentibus matrimonium pœnam imponat, an talis pœna locum habeat, dict. n. 12 dict. l. 4.—Matrimonium contractum, vel contrahendum, ex causa interdici potest, n. 3 l. 5 tit. 3 part. 6.—an liberet filium à patris potestate, et quando non, n. 4 l. 5 tit. 5 part. 6.—intra quantum tempus à mulieribus contrahi debeat, n. 8 l. 5 tit. 7 part. 6.—si contrahatur secundo vivente prima uxore, vel ab ea vivente adhuc primo viro, qualiter contrahens puniatur et an inquisitores hæreticorum de hoc cognoscant, n. 1 l. 16 tit. 17 part. 7.—an contrahi prohibeatur, si aliquis ad portam ecclesiæ stetit tempore catechismi, et benedictionum, quæ ante Baptismum fiunt, n. 2 l. 2 tit. 6 part. 4.

MATRIMONIUM DIRIMITUR, vel DISSOLVITUR, vel SEPARATUR, vel IMPEDITUR.—Matrimonium non dirimitur per tacitam professionem, sed per expressam, n. 1 l. 8 t. 7 part. 1.—jam perfectum separari minimè potest, est enim ibidem nexus divinus, qui vocatur fœdus matrimonii, n. 5 l. 3 tit. 2 part. 4.—dissolvitur altero ex conjugibus profitente Religionem ante copulam, postea verò, altero consentiente, ibidem in n. 8 dict. l. 3.—an possit disolvi per supervenientiam lepræ, et an sanus leproso debitum reddere debeat, et quando, n. 7 l. 7 tit. 2 part. 4.—non dirimitur, licèt uxor virginitatem non habuerit, secùs vero in sponsa de futuro ante copulam, n. 6 l. 10 tit. 2 part. 4.—Et quid si contrahatur matrimonium sub conditione, scilicet, *si te virginem invenero*, an matrimonium teneat, et quando, ibidem.—Matrimonium impeditur, et factum dirimitur propter contrahentis servilem conditionem, sive per votum, vel receptionem sacri ordinis, gloss. leg. 11 tit. 2 part. 4.—Et quid si tantum simpliciter vovit, et contraxit cum eo, scilicet qui eodem modo voverat, ibidem in n. 5.—Et qualiter unus alii debitum reddere possit, cum ex voto simplici exigere sint prohibiti; et an Episcopus possit dispensare tunc, ut vovens debitum exigere possit, ibidem.—Matrimonium si contrahatur à ligato, seu impossibilitato ad coitum, an debeat separari, n. 3 l. 16 tit. 2 part. 4.—Et quid si sumus in dubio, an tale impedimentum præcesserit matrimonium, an postea subsequutum fuit, ibid. in n. 3 et n. 3 l. 5 tit. 8 part. 4.—Matrimonium an impediatur, sive dirimatur, si vir habet membrum aridum, vel nimis carnosum, n. 5 l. 17 t. 2 part. 4.—an possit per Principem impediri, ne contrahatur inter servos, magnates, vel alios, ex causa, n. 5 l. 1 tit. 5 part. 4.—contractum à servo cum serva, quam liberam credebat, an teneat, vel disolvi possit propter errorem, n. 3 per text. ibi, l. 3 tit. 5 part. 4.—an infidelibus contractum contra legem canonicam, si facti sunt fideles, non dirimitur, secùs si fiat contra legem divinam, n. 1 l. 6 tit. 6 part. 4.—etiam per carnis copulam consummatum, an dirimatur, si postea error conditionis servilis appareat, n. 1 l. 4 t. 5 part. 4.—Et an maritus, etiam ad ecclesiæ mandatum debitum reddere debeat uxori, si illi super servitute ab illo, vel à domino ipsius servæ, sit mota quæstio, et quid si super hoc excommunicetur, n. 4 l. 4 tit. 5 part. 4.—Matrimonium an separetur, si contrahatur inter filium adoptivum, et filiam naturalem adoptantis, n. 2 l. 8 tit. 7 part. 4.—an dirimatur propter frigiditatem mulieris, n. 3 l. 2 t. 8 part. 4.—an dissolvatur, si mulier sit multum arcta, ita quòd cognosci non possit, n. 5 dict. l. 2.—Et idem erit si aliud impedimentum habeat, ibidem.—Matrimonium primum, si dirimatur propter arctitudinem mulieris, et ipsa postea à secundo viro carnaliter cognoscatur, an à secundo viro separanda sit, et ad primum redire teneatur, gloss. l. 3 tit. 8 part. 3, per text. ibi.—Et quid si ex usu secundi viri facta fuit congnoscibilis primo, ibid.—Matrimonium utrum separetur, si post illud aliquis ad coitum impotens reddatur, et quid in dubio præsumetur, n. 3 l. 5 tit. 8 part. 4.—non separabitur durante triennio probationis, licèt ab aliquo ex eis offeratur probatio in contrarium per adspectum, ibid. in n. 6.—si separetur propter viri frigiditatem, ipse cum alia non contrahet, sive propter ejus maleficium, sic, et quando, ibid. in n. 12.—cum corrupta contractum, si ab ea propter viri sui frigiditatem dissolvi petatur, intra quantum tempus istud petere debeat, gloss. l. 6 tit. 8 part. 4.—primum si separetur, et impotens secundo contraxerit, et carnaliter uxorem cognoverit, an adhuc vinculum primi matrimonii duret, num. 2 l. 7 tit. 8 part. 4.—an dissolvatur propter adulterium uxoris, marito accusante, si ipse etiam adulterium commisit, et quid de jure civili, et regio, num. 2 l. 6 tit. 9 part. 4.—vel sponsalia, an fieri impediantur per dictum unius testis, etiamsi non consanguineus, et an judex debeat qualitates testis inspicere, et quales, num. 1 l. 18 tit. 9 p. 4.—Et quid si sponsalia essent jurata, an ad unius dictum dissolvi debeant, ibidem in n. 3.—Matrimonium an dissolvatur ad dictum unius testis simul cum fama, ibidem in n. 4.—Et quales esse debeant testes ad dissolvendum matrimonium, ibid. in n. 5.—Matrimonium an dissolvatur ad dictum testium deponentium de auditu, n. 1, 2 et 3 l. 20 tit. 9 part. 4.—licèt separetur per divortium, durat tamen vinculum ipsius, n. 9 l. 2 tit. 10 part. 4.—dissolvitur ipso jure in aliquibus casibus, n. 2 per text. ibi, l. 3 tit. 10 part. 4.—à quibus judicibus separetur, n. 2 l. 7 tit. 10 p. 4, et ibi n. 4 cum sequentib. per illum text. ibid.—Et an causa matrimonialis possit per Episcopum alteri delegari, ut ipse illam judicet, n. 7 l. 7 tit. 10 part. 4.—Matrimonium si dissolvatur filiis existentibus, dos matris suæ ad eos pertinebit, non ad patrem matris suæ, et quo jure, n. 1 l. 30 per text. ibi, tit. 11 part. 4.—Matrimonio soluto dos ad uxorem non reddit in uno casu, et an tunc cedat lucro mariti, vel an applicetur fisco, n. 1 l. 50 tit. 14 part. 5.—Matrimonium contractum, vel contrahendum ex causa interdici potest, n. 3 l. 5 tit. 3 part. 6, et vide infra in verbo MATRIMONIUM irritatur, etc.

MATRIMONIUM IRRITATUR, annullatur, vel non tenet, vel reconvalescit, vel redintegratur.—annullatur, si metus etiam conditionalis ibi adsit, qui excludat libertatem consensus, n. 8 quæst. 2 l. 3 tit. 1 part. 4.—an redintegretur, si maritus ab uxore discesserit, et sacros ordines susceperit, si postea fornicatur in sacro ordine, an matrimonium redintegretur, n. 5 quæst. 2 l. 8 tit. 2 part. 4.—Et quid si lata sit licentia super adulterio contra uxorem, et postea maritus fornicavit, an maritus illam recipere teneatur, ibidem in quæst. 3.—Et an istud fiat judicis officio, vel qualiter, ibidem.—Et an tali casu mulier recuperet suam dotem, quam propter adulterium perdiderat, ibidem.—Matrimonium non tenet, quando fuit erratum in persona cum qua contrahitur, glos. l. 10 tit. 2 part. 4.—Quod exemplificat ibi glossa tertia in asserente se filium Regis Franciæ, vel se esse primogenitum, cum non esset; et quid si erretur in ipsius qualitete, error vitiet sicuti error personæ, ibid. in n. 4.—Matrimonium contractum post receptionem sacri ordinis non tenet, et an talis receptio ordinis dirimat matrimonium jam contractum, licèt non sit carnali copula consummatum, n. 1 l. 16 tit. 2 part. 4.—quando vitietur ex appositione conditionis impossibilis, sive de jure, vel à natura, vel de facto, sive per eam quæ impleri potest auxilio aliorum, vel si impossibilitas est communis, n. 4 l. 6 tit. 4 part. 4.—non debet redintegrari, quando ambo conjuges fornicaverunt, quia paria delicta, etc. n. 3 l. 5 tit. 10 part. 4.—an debeat redintegrari officio judicis, licèt uxor à viro per sententiam divortii latam propter adulterium separata, illum postea fornicantem petere noluerit, n. 1 l. 6 t. 10 part. 4.—irritum non convalescit, licèt esse impedimentum, n. 2 l. 22 tit. 10 part. 5.—Et quid si pro contrahendo matrimonio fuit promisa pœna, sive per extraneum, sive per conjunctos, vel amicum, an si postea matrimonium contrahatur, pœnitens pœnam illam, solvere teneatur, n. 1 et 3 l. 39 per text. ibi, tit. 11 part. 5.

MATRIMONIUM PER, vel inter quas personas contrahi possit, vel non.—potest celebrari inter absentes, mutua tamen promissione interveniente, n. 3 per text. ibi, l. 1 tit. 1 part. 4.—contrahi potest per procuratorem inter absentes, dict. num. 3 dict. l. 1 tit. 1 part. 4.—utrum possit contrahi à muto, vel surdo, vel cæco, vel ab illo, qui omnia ista simul habet, n. 5 l. 5 tit. 2 part. 4.—an possit contrahi per spadonem, vel castratum, et à non habente testiculos, n. 2 l. 6 t. 2 part. 4.—contrahi non potest per dementes, et furiosos, et quando, ibidem in n. 3 dict. l. 6.—an possit contrahi per uxorem alicujus, qui hæreticus factus fuit maurus, vel judæus, n. 1 l. 7 ibidem.—Et an Papa cum ista possit dispensare, ibidem.—Matrimonium ab incestuoso contrahi non potest, et an debitum exigere possit, sive uxoris consanguineam cognoverit, sive propriam, n. 2 l. 13 tit. 2 p. 4.